

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia baetica, mit Vorrede von Sebastian Brant**

**Verardus, Carolus**

**[Deventer], 22. April [nicht vor 1494]**

In Bethicū triumphū: congratulatio. S. Grant

[urn:nbn:de:bsz:31-293577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293577)

**In Bethicā triumphū: congratulatio. S. Grant:**

Si fernande tibi possent mea carmina. laudis  
Ferre aliquid. vel te concelebrare tamen:  
Epigeres id iure tuo: q̄ Bethica nuper  
In virtute tua: regna vetusta capis  
Que iam mille: minus paucis: amissa per annos  
Magneti dirum sustinere iugum:  
Subdita cumq; tibi dūtaxat Tarracon esset  
Jam subit in titulos Bethica magna tuos  
Victa etiam per te Lusitania. ferre tributum  
Cogitur. atq; tua sunt tria regna manu  
Ordine tu certo: patriam prius esse fidelem  
Fecisti. atq; duces sponte subire iugum  
Deinde satisfaciens titulosq; bonosq; paterno  
Dispano omnes tu facis esse tuos  
Iamq; tenes quicquid pyreneo clauditur arcu  
Abluit et si quos magnus Iherus agros  
Quicquid ab extremis determinat oceanus vel  
Sadibus: addo etiam regna reperta mari  
O patria. o felix Germania. si tibi reges  
Aut fortuna pares. aut deus ipse daret  
Credo equidem: cunctus nostris sub legibus orbis  
Jam dudum foret. et climata cuncta soli  
Conquero: ah quid enim. cum Rex modo Maximilianus  
Romani caput et sit decus imperij  
Qui maiora quidem iam dudum facta patraisset  
Si sibi tuta foret debita queq; fides  
Et faciet maiora fide: modo fata secudent  
Et sua disponat prospera queq; deus: